

fertigungen mutatis mutandis im wesentlichen der gleiche ist, unterscheiden sie sich doch dadurch, dass ein Teil von ihnen mit einem längeren Postscriptum versehen ist (so das Schreiben an den Herzog von Braunschweig)¹, das anderen fehlt (so bei der Ausfertigung an Klerus und Volk von England)². Bisher unbekannt war die Ausfertigung an König Ruprecht, die Bl. 69 der Danziger Hs. erhalten ist. Sie lautet:

A tergo: Illustrissimo et serenissimo principiet domino domino Ruperto inclito Roman. regi etc.

Spectat, Christianissime et illustrissime princeps, ad vestre Cesaree dignitatis debitum, cum in temporalibus unum in orbe caput esse noscamini, sanctam matrem ecclesiam in suis necessitatibus subvenire, protegere et in quibuscunque casibus sublevare et ab ea detrimenta et iniurias propulsare. Ideo primum que occurrunt^a et nuperrime in dei ecclesia occurrerunt, vestre celsitudini cognita facere visum est, ut, sicuti omnino speramus, nobiscum una iustissimam honestissimam et necessariam ecclesie pro effectum unionis eiusdem, ad quam et nil aliud aspiramus, causam animose suscipiat, ut inclito Cesareo nomini convenire cognoscitur. Experiencia nunc teste probamus, quod scribitur, nichil certi posse in humanis actibus polliceri, cuius utinam in re presenti essemus expertes! Novit vestra maiestas etc. usque ad illa verba Dat. Pisis sub etc. anno domini etc. indiccione prima inclusive et tunc ultra addatur ista clausula sequens Postquam scripseramus, cognovimus nedum dominum nostrum suorum votorum iuramentorum et promissionum immemorem esse et nolle^b ad sacratissime unionis, ut tenetur, effectum intendere, quin ymo potius obstinatum. Nam palam nobis, qui nil aliud quam pacem universalem et ecclesiasticam cupimus unitatem, pro qua^c non modicis laboribus et impensis semper insistimus, adhuc non contentus preteritis beneficia nostra ubicunque consistencia minatur auferre et eorum fructibus et redditibus spoliare, et sub pena priva-

a) occurrerunt auch hier cod.; Nieheim hat: quae occurrerunt nuperrime et occurrunt. b) nolle von erster Hand am Rande: im Text velle cod. c) pro qua] quam pro cod.

1) Gedruckt bei v. der Hardt, Conc. Const. 2, 2, und danach bei Mansi 27, 32. 2) Gedruckt bei (Wilkins), Concilia Magnae Britanniae 3, 296.